Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8249
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dicitur hac ebdomada non feria VI. et Sab-
bato si de s. Maria officium cantatur.
Si festum inciderit de quo tres uel
VIIII lectiones sint, in legatur et cante-
tur, sed de s. trinitate una antiphona et o-
ratio & admissa secunda oratio inde
et prefatio. **F**eria VI de s. cruce
canimus ea autem ratione in eadem fe-
ria sancte crucis memoriam agimus
quia in ipsa Christus passus est, et ut sa-
cramento corporis et sanguinis eius quod
immolamus et sumimus iuxta docu-
menta Pauli mortem domini annun-
ciare debeamus donec ueniat.
Sciendum uero est ut si in ipsa VI fe-
ria dominicale officium seu de qui-
bus sanctorum, exceptis hiis quibus attitu-
lantur propter prefationem sicut de apostolis ce-
lebrare uolueris, et post collectam men-
tionem feceris, prefationem de ipsa
nullo modo pretermittas. Quod de sancta
Maria in sabbato nequaquam conceditur
non officium de ea cantetur. **Causa
redditur de obseruantia sabbati
que scilicet dei genitrici ipsa die speci-
aliter ascribitur.** **I**n constantinopoli
in quadam ecclesia erat ymago bea-
te uirginis ante quam dependebat
uelum quod totam cooperiebat ymagi-
nem. Hoc uelum VI feria post uesperas
cadebat ab ymagine nullo
mouente, sed diuino miraculo quasi de-
ferretur in celum, ut ad plenum pos-
set ymago a populo conspici. Cele-
bratis uesperis in sabbato descende-
bat ante eandem yconam, id est ymagi-
nem, et ibi manebat usque ad VI fe-
riam. Hoc miraculo uiso sancitum
est, ut semper illa feria de beata
Maria uirgine in ecclesia cantare-
tur. Uel ideo quia ipsa est nobis porta
ad regnum celorum, quod per diem dominicam
significatur. Ideo sollempnizamus de illa
feria VIIma que precedit dominicam diem.
Preterea ob- **De obseruantia prefationis**
seruandum est ut si festum aliquod in
dominicam inciderit, unde maior missa
agenda est si ad ipsam initio dominice
uel sancte trinitatis non fuerit facta
prefationem cottidianam dicimus.
Ita officium dominice uero etiam comme-
moratio sancte trinitatis debet fie-
ri cum prefatione. Semper post primam
aduentum debet celebrari. Ideoque
opus non est ut ad maiorem missam
repetatur, uero una tamen collecta de sanctis
dicenda est. **De sancto Iohanne baptista**
Festum sancti Iohannis uigiliam habet
et precedens dies dicitur uigilia
quia ieiunium propter hoc in loco ui-
giliarum est institutum. Mos enim e-
rat ut in festiuitatibus uenirent